Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dixerunt tabernaculum hoc totius mundi tenere figu
ram. Mundi autem habere etiam singuli quique
imaginem possunt. cur non et tabernaculi unus
quisque in semetipso formam possit explere.
is ergo debet columnas sibi aptare uirtutum.
columnas argenteas. idest patientiam rationabi
lem; potest enim esse quidem in homine quae
uideatur patientia. sed quae rationabilis non
sit; nam et qui non sentit iniuriam et propter
ea non reddit. patiens uidetur. sed non est ratio
nabilis ista patientia; iste ergo habet quidem
columnas. sed non sunt argentate; qui uero
propter uerbum dei patitur et fortiter fert. iste co
lumnis argenteis decoratus est et munitus po
test in se et atria distendere. cum dilatauerit
cor suum secundum apostoli uocem dicentis ad
corinthios. dilatamini et uos; potest se et se
ris munire. cum se unanimitate dilectionis
adstrinxerit; potest super argenteas bases stare.
cum supra stabilitatem uerbi dei uerbi prophe
tici et apostolici conlocatur; potest habere in
columna deauratum capud. si caput aureum
sit ei fides xpi; omnis namque uiri capud
xps est. Decimu uero atria potest in semetip